

26. part. 4. & ibi Greg. Lop. glos. 7. ubi sic apud nos observari testatur: atque ita idem de feudo simpli- citer accepto dicendum est, cum contrastus juxta statutum, & consuetudinem interpretentur, ut di- ximus. sup. nu. 21. 22.

Vers. Secundum, hac iu questione.

59 Prænotandum est, aliud esse feudum hæreditariū, & aliud ex pacto & providentia, seu familiare, feudum autē hæreditarium nuncupatur, in quod succedere nullus potest, qui hæres non sit, ut cùm conceditur pro se, & filii hæreditibus, aut pro hæredi- bus: familiare, sive ex pacto & providentia illud censetur, ad quod jure sanguinis quae admittit valet, quanquam in hæreditatibus non succedat, quod sub hac forma dari solet: Pro liberis, aut descendib; non sacer hæredum mentione. Dicitur ex pacto & providentia, ad distinctionem hæreditarii; nam hoc provenit factō ultimi possessoris, à cuius dispositio- ne pendet hæreditaria successio; illud factō, ac pro- videntia primō acquirentis, & domini, qui conces- sit; Trentacing. de resol. 2. n. 4. Et quamvis termini hi displicant Pinell. in d. l. 1. part. 3. nu. 84. C. de bon. matern. & Valasc. quest. 43. nu. 2, tamen com- muniter ab interpresib; præfata divisio approba- tur, de qua Molin. disput. 472. Cald. quest. 23. n. 14. Clar. dīl. quest. 9. à princip. gregor. Lop. in l. 6. glos. 4. tit. 26. part. 4. Trentacing. ubi proxime, Idem dici de emphyteusi.

60 Sed licet certum sit in feudum, vel emphyten- sim hæreditariū succedere non posse, qui hæres non sit; maximū dubitatur, an necessariō requiratur aditio hæreditaris ultimi possessoris, vel sufficiat primum acquirentis per parentes mediāte succede- re, & sic esse hæredem hæreditis primi feudatarii; vel emphytentæ; & quod satis sit succedere ei qui primitus feudum obtinuit, placet Clar. d. quest. 9. n. 5. Paris. conf. 23. l. 1. Valasc. quest. 44. n. 19. Alexan- conf. 10. n. 8. lib. 3. Cald. sup. quest. 22. nu. 39. Roland. conf. 23. nu. 44. Pinel. d. part. 3. nu. 91. Cozadim. conf. 8. nu. 14. Merlin. sup. q. 6. nu. 8. Rota decis. 464. n. 6. part. 1. in nov. Litter. de her. 2. c. 1. n. 47.

61 Contrarium tamen scilicet ultimo possessori esse succedendum necessariō, probarunt Par. Molin. disput. 472. n. 10. Tondut. quest. civil. c. 86. nu. 11. Jacob. Beluis. in cap. de eo, qui sibi, & hæred. suis, Thom. Marin. de feud. tit. n. 34. Menoch. conf. 498. nu. 8. Scaccia de judic. lib. 2. c. 9. n. 1454. Ifern. in d. c. 1. in princ. nu. 2. an agnat. vel fil. Bursfat. conf. 132. nu. 3. Freccia in commentar. de subfeud. lib. 5. tit. de differentiis int. feud. ex pacto & provid. & hæredit. vers. 11. Mangil. de imputat. quest. 37. nu. 28. Quod verum est tam in feudo simpliciter hæreditario, quām in mixto, de quo loquuntur Marin. Bursfat. Scaccia. & Mangil. quos sequitur Merl. q. 7. n. 8.

62 Circa præsentem D. Covar. assertionem, est inter DL. ingens controversia; quidam enim opinantur. cap. 1. an agnatus, vel fili. solum procedere in feudo hæreditario, vel mixto; non autem in familiari, si- ve ex pacto & providentia, existimantes ad hoc aquiriendum non desiderari, quod filius parti posses- sor hæres existat, hi sunt greg. Lop. in l. 6. glos. 4. in 26. part. 6. Trentacing. variar. 3. tit. de feud. ref. 2. nu. 4. Molin. de primog. lib. 1. c. 8. n. 5. Ofasch. decis. 161. Bald. in d. cap. 1. n. 8. Pinell. sup. nu. 85. Clar. d. S. Feudum, quest. 76. nu. 3. & plurimi, quos laudat Trentacing. nu. 3. vers. Cum igitur, qui rationes hujus opinionis refert, omnino vi- dendum.

63 Sed ab hac opinione recedunt, etiam non pauci qui cum D. Covar. sentiunt, d. c. 1. agere de feudo

ex pacto & providentia, in quod filium ultimi feu- datarii succedere non posse affirmant, nisi paternam agnoverit hæreditatem; quod verius credo. Ita Per. Molin. disput. 472. n. 7. Valasc. quest. 44. n. 5. Vazq. d. dub. 18. nu. 83. Cald. quest. 23. n. 4. Marant. in l. is potest, nu. 11. ff. de acquir. hæredit. Capit. decis. 97. nu. 2. & alii apud Trentacing. dīl. nu. 5. in princip. qui sequentibus conclusionibus post Clari- d. q. 76. rem exponit.

Prima est, quod si feudum sit novum, indistin- 64 tē sive fuerit hæreditarium sive ex providentia, nequit acquiri ab aliquo qui hæres non exitere possit, nam cum in eo præjudicare valeat, comprehensis, feudum non differt a bonis allodialibus, quare, qui hæreditate non adit, nec illud expere- permittitur. Quæ resolutio posset intelligi secun- dum distinctionem, de qua sup. n. 33. si enim feu- dum sit ex pacto & providentia, & filiorum seu familiæ contemplatione concessum, etiam novum sit, filius quidem succedit in illud, et si hæres non sit, modo paternam non repudiet hæreditatem jux- ta dicenda inferius, nu. 76. dīl. c. 1. an agnat. vel fil. Agnatus vero transversalis admittendus erit, ad- huc hæreditate repudiant primi feudatarii, secun- dum intellectum, quem sup. probavimus, nu. pre- cedenti, Ratio est, quoniam primō acquirens feu- dum, vel emphyteusim, contemplatione filiorum, aut familiæ sua, non valet comprehensio præjudi- cium inferre ex quo cessat fundamentum quo Clar. Trentacing. nituntur, ad quæ conducunt tradita per Menoch. conf. 504. à n. 32.

Secunda est si feudum sit antiquum hærita- 65 riū simpliciter, vel mixtum, nemo illud querere permittrit, qui hæres non sit, in quo omnes con- veniunt; ut ex pluribus probat Amat. variar. lib. 2. resol. 84. nu. 68. Menoch. conf. 191. nu. 80. Quæ in- tilegas juxta notata sup. nu. 60. 61.

Tertia, si feudum antiquum fuerit ex pacto ex 66 providentia, filius etiam ultimi possessoris, omis- sa ejus hæreditate, ad illud admitti potest; in quo D. Covar. aduersantur sentientes, d. c. 1. procedere in feudo hæreditario duntaxat: & ad argumentum contrariorion respondent, quod ibi non statuitur absolute, ut agnatus non hæres in feudum succedit, sed quod non tenetur succedere ultimo possessori, sicut filius ejus; tamen debet esse hæres primi feu- datarii, saltem mediāte, quod ad feudum hæreditariū obtinendum, satis esse arbitrantur. Adhuc à D. Covar. interpretatione recedendum non est, qui d. c. 1. intelligit de feudo ex pacto & provi- dentia. Ex quo hæc conclusio displiceret.

Vers. Primum simpliciter.

Feudum si simpliciter accipiatur, nulla hæredum, 67 aut liberorum facta mentione, filius illud acquirere non valet paterna hæreditate repudiata, juxta d. c. 1. an filius. Vazq. sup. dub. 8. vers. Sed videndum, Clar. dīl. 76. nu. 2. Menoch. conf. 1. nu. 312. Pat. Molin. disput. 473. n. 2. Secus agnatum, qui ultimi possessoris omittens successionem, feudum consequi- valet; ut omnes ferè præcipiti docent, à quibus discedi Trentacing. nu. 4. vers. Si vero, cum seq- qui opinantur feudum istud ex pacto & providen- tia censeri, atque ita posse filium, omissa paterna hæreditate, in id succedere, & juxta propriam opini- onem loquitur consequenter contra D. Covar.

Rursus extat alia communis sententia, que ha- 68 bet feudum in dubio, ut in hac specie, præsumi hæreditarium; quam tenent Glos. in cap. 1. quib. mod. feud. consti. pot. Ifern. in cap. 1. S. Simile quib. mod. feud. amittat. Alexand. conf. 26. volum. 5. Affict. decis.

decis. 140. Natta conf. 364. nu. 6. lib. 3. Valasc. quest. 43. nu. 3. vers. In dubio, Gregor. Lop. sup. d. glos. 4. Tondut. question. civil. c. 86. nu. 8. Gratian. dis- cept. c. 451. nu. 17. & alii apud Menoch. conf. 1. n. 309. secundum quam, hoc feudum simpliciter ac- ceptum, hæreditarium est, non ex pacto & provi- dentia, adversus D. Covar. qui sentit esse non hæ- reditarium; & ita tenendum est, quia feuda ex sua natura non jure hæreditario, sed fanguinis defen- runtur, sed tamen filius illud non capiet, repudiata patris hæreditate, ex d. c. 1. Vide infra, n. 60. & 61.

Vers. Secundo feudo ita convento.

69 Feudum alicui datum, pro se eisque liberis, ne- 72 quic descendens ab ultimo possessori querere, nisi hujus hæreditatem sibi delatam acceptet; secus ag- natus, qui non sit ex liberis quid specialiter ob pa- rentum reverentiam receptum est, ut habetur in d. c. 1. & notant Valasc. de jur. emphyteuti. quest. 44. nu. 5. Molin. disput. 472. nu. 7. Gregor. Lop. sup. Pat. Vazq. ubi proximè. Estque feudum hoc ex pa- cto & providentia Clar. S. Feudum, quest. 9. nu. 3. Vazq. & Gregor. Lop. ubi proximè, Molin. dis. 473. nu. 1. Caldas de nominat. emph. quest. 12. num. 37. Pinell. in l. 1. part. 3. n. 84. C. de bon. matern. Valasc. quest. 43. nu. 2.

70 Et enim advertendum ad intellectum dīl. cap. 1. quod, ut filius, vel descendens ultimi possessoris feudum ex pacto & providentia consequatur, non est opus præcisè, quod illy existat hæres sed duntaxat, quod delatam sibi hæreditatem non respuit, quasi indignus eo beneficio existimet, qui paternā suc- cessionem contemnit. Unde si voluntate parentis ad successionem hæreditariam venire non possit, hoc minimè ei imputabitur, quominus feudum non hæreditariū recipiat; ut observat Trentacing. d. resolut. 2. nu. 4. vers. Si vero tenere, Molin. dis- put. 477. nu. 4. Ifern. in cap. 1. S. Quid ergo, col. ultim. in fin. de investitut. de realien. facta. Roland. conf. 57. n. 77. volum. 3. Inde nec filius ex hæredato justè excludetur à feudo aviro ex pacto & provi- dentia, quia patris ex hæredatio illi nocere quoad hoc non potest; immo quamvis filius ex hæredaretur à patre primum jacuire, non privaretur feudo isto novo non hæreditario, saltem ex dispositione d. c. 1. de quo Molin. ubi proximè, Valasc. quest. 45. Clar. dīl. S. Feudum, quest. 74. Ratio horum mani- festa est cum dīl. cap. 1. de repudiatione loquatur, quæ locum habere nequit, nisi in eo; qui si velit, acquirere valet ex testamento, vel ab intestato hæ- reditatem, l. nolle 4. l. is potest 18. ff. de acquirend. hæredit. Quod adeo verum existimo, ut quamvis filius à paterna hæreditate ex facto patris remotus eam repudiet, feudum ex providentia & pacto avi- tum posset capere, quoniam talis repudatio nul- lius momenti est; l. is qui hæres 13. ff. eod. & quod de jure non fortius effectum, nullum præstat im- pedimentum, c. non præstat, 52. de reg. jnr. in 6. Nec imputandum est filio ex hæredatio, aut non instru- to, cur adversus patris testamentum non venerit, propter quod potius laude, quām poena dignus est: quæ facilius procedunt, si filius non mala mente ex hæredetetur, juxta l. multa non nota 18. ff. de liber. & posthum. nam non nocebit quoad emphyteusim, vel feudum ex pacto & providentia, quamvis ex hæredatio fiat à primo acquirente, qui posset libe- ris præjudicare, argument. l. si patronus testamento 12. S. Si quis non mala, l. Paulus 47 ff. de bon. libertor.

Vers. Tertio deducitur.

71 Ad feudum concessum alicui, eisque hæreditibus Faria addit, ad Covar. Tom. L

nullius admitti potest, qui hæres non sit; est enim simpliciter hæreditarium, ut probavimus sup. n. 53. Quicquid teneant aliqui laudati à Valasc. quest. 44. nu. 11. & à Cald. quest. 22. nu. 28. quibus placet est ex pacto & providentia. Sed adhuc admissio, quod sit hæreditarium, prout verum est; conclu- sioni opponitur communis opinio, de qua sup. n. 62. quæ habet, d. c. 1. procedere in feudo hæreditario, atque ita distinguendum est inter filium, & agnum juxta illud; quod tamen non arridet. An autem ad obtainendum feudum hæreditarium, ne- cessarium sit, quod succedatur ultimo possessori; vel sufficiat, hæredem existere primo feudatario ostendimus, n. 60. & 61.

Vers. Quartio, præmissis diligenter.

Licit feudum hæreditarium non censeatur, eo 72 quod aliquando repudiante repellat, & aditionem postuler, ut D. Covar. docet in presenti; tamen illud hæreditarium erit, in quo nullus succedere valet; qui hæres non existat. Videas Valasc. q. 43. n. 1. & q. 44. n. 5. Cald. ubi proximè, n. 31. Molin. dis. 473. nu. 1. Caldas de nominat. emph. quest. 12. num. 37. Pinell. in l. 1. part. 3. n. 84. C. de bon. matern. Valasc. quest. 43. nu. 2.

Pro cuius conclusionis enucleatione observan- 73 dum est ex hucusque traditis, quod D. Covar. lo- quitur juxta dispositionem d. c. 1. an agnat. vel fil. ubi secundum suam opinionem agitur de feudo ex pa- cto & providentia, & non requiritur præcisè ut filius sit hæres, sed quod cum possit paternam hæ- reditatem capere, eam non omitat, ut diximus sup. n. 70. quare recte ait non esse feudum hæreditarium, ad quod repudiates hæreditatem paternam pervenire prohibe- tur; nisi aliunde sit tale.

Vers. Quinto deducitur.

Feudum simpliciter acceptum absque heredum, 74 aut liberorum mentione, hæreditarium non esse, sed ex pacto & providentia firmant Clar. sup. num. 6. Vazq. ubi proximè, Trentacing. l. resol. 2. n. 4. vers. Si vero vellimus, Molin. disput. 473. n. 2. de quo sup. n. 56. licet, contra sentiant non pauci, ut dic- tum est sup. nu. 68.

Emphyteusis itidem Ecclesiastica sic data, hæ- reditaria non est, immo repudiata patris hæreditate, defertur secus secularis, ut probavimus sup. c. pro- xim. n. 2. Unde nota inter hæc esse discriben: Feu- dum defertur liberis ultimi possessoris etiam non hæreditibus, modo patris hæreditatem non repudi- ent: Emphyteusis Ecclesiastica ad descendentes repudiates hæreditatem paternam transit: Secularis omnino requirit, quod successor sit hæres.

Idem juris est quod feudum, & emphyteusim 75 Ecclesiastica concessam pro Caio, & suis; non est enim hæreditaria, sex ex providentia, Valasc. dis- put. 44. nu. 15. Molin. dis. 473. n. 7. & alii apud Cald. q. 24. n. 40. à quibus immorito deviat Pinell. sup. n. 90. Sed si emphyteusis detur à privato; adhuc erit ex pacto & providentia quoniam intelligitur de descendentibus; Molin. ubi proximè.

Vers. Sexto, hinc infertur.

Supponendum est, quod feudum concessum pro 77 hæreditibus masculis, solum descendantibus conve- nit, qui heredes sint, Molin. sup. n. 5. Surd. dec. 322. nu. 77. Cald. quest. 24. nu. 37. Thom. Martin. de ge- ner. feudor. lib. 1. tit. 5. nu. 12. Valasc. sup. nu. 13. Affict. dec. 240. nu. 9. Clar. nu. 9. Menoch. conf. 464. nu. 29. & conf. 498. nu. 5. Cyriac. plures re- fersens tom. 1. controvers. 4. nu. 77. atque ita hæ- redibus. Hh. 2. ditta.

ditarium mixtum esse, notant Molin, Valasc, Clar. Cyriac, ubi proximè, Unde licet Rubei argumentatio congrua non sit, conclusio tamen vera est, quam approbat D. Covar. sup. n. 3. vers. Idem omnino ad fin., & ita est tenendum quavis feudum istud ex pacto & providentia simpliciter existiment Pinell. d. part. 3. n. 8. Nicol. Bellon. conf. 33. n. 2. ubi communem dicit Paris. conf. 65. n. 7. lib. 3. qui alias refert, Cevall. commun. tom. 2. q. 787. n. 28.

Vers. Septimò, constat.

78 Ad hæc videoas tradita sup. n. 3. 42. ubi diximus, emphyteusim simpliciter concessam, si sit Ecclesiæ, ad liberos etiam non hæredes pertinet; item secularem non hæreditariam, ut pro liberis datam, eis deferri, licet hæreditatem paternam non adeantur; & n. 63. afferimus filium removeri à feudo ex pacto & providentia, si hæreditatem patris repudier. Ex quibus locis, differentia, de qua hic D. Covar. aperte colligitur, & in specie eam notant Pinell. d. part. 3. n. 8. 5. Cald. 9. 22. n. 20. Vazq. d. dub. 18. vers. Sed videtur, Molin. disp. 472. n. 7. Valasc. n. 4. cum seqq. qui quoad secularem emphyteusim, adversum D. Covar. sentire videtur.

Ibi: Quando autem dicatur emphyteusis hæreditaria.

Vide sup. nu. 54. & 59.

Vers. Octavò infertur.

79 Succedens in feudum, aut emphyteusim non hæreditariam, simulque adiens patris feudatarii hæreditatem, sive ei se immiscens cum inventarii beneficio non magis tenetur ex feudo, vel emphyteusi, creditoribus hæreditariis satisfacere; quam ex suis propriis bonis, atque ita solùm intra vires hæreditatis extra feudum poterit conveniri, juxta l. fin. C. de jur. de liberand. Molin. disp. 477. n. 5. Vazq. d. dub. 18. n. 64. Gamma Lusitan. decisi. 5. Trentacinq. Cald. 9. 24. n. 80. Camerar. in repetit. d. c. 1. q. 8. n. 77. an agnat. v. 1. fil. Myeinger. decisi. Camer. Imperialis. cent. 3. q. 67. Clar. d. 5. Feudum, quest. 43. n. 2. Valasc. quest. 23. nu. 5. Sed si inventarium non fecerit ex feudo, vel emphyteusi, solvere compelletur defuncti creditoribus hæres, quemadmodum ex bonis propriis, prout constitutum est in d. l. fin. §. Cum igitur. Ita Trentacinq. n. 5. ubi alii. At si hæreditaria sint, inventarium, non prodest, ne hæres debita ultimi possessoris, cuius hæreditatem adivit, solvat; Tondut. d. c. 86. n. 12. Mant. de tacit. & ambig. comment. lib. 23. tit. 9. n. 16. Franch. decisi. 704.

80 Sed principalem conclusio limitatur, si æsalienatum factum sit ratione ipsius feudi, quia in omnino hæres debebit solvere, Trentacinq. n. 9.

81 Limitatur etiam, si pecunia defuncti emphyteussi, aut feudum comparatum fuerit, aut si in eomelioramenta fecerit ille, nam usque ad valorem, vel premium hæres in illud succedens tenebitur, quamvis conficiat inventarium, Molin. sup. Gamma n. mero 4.

82 Dubitatur autem an locus sit supra traditæ conclusioni, si feundum sit hæreditarium mixtæ, veluti si pro filiis, seu liberis hæreditibus accipiat? Dubitationem movet, quod quatenus hæreditarium est, tenetur hæres creditoribus, eti conficiat inventarium, Molin. disp. 477. n. 5. Trentacinq. nu. 4. vers. Si vero tenere, & alii laudati sup. nu. 79. & quatenus est ex pacto & providentia, non cogitur aë alienum à defuncto contractum solvere, ut ibidem di-

ctum est Responder Molin. d. n. 5. quod confessio inventarii non prodest hæredi, quominus ex feudo mixto debitis antecessoris si astricetus. Moveret, quoniam illud nt hæres capit, & quæ jure hæreditario capiuntur, non servantur illæsa per inventarium, sed ea tantum, quæ aliunde proveniunt: quod senserat Cald. sup. d. n. 80. ubi nonnullos resert. Sed melius, ni fallor, adversum eos opinantur Clar. d. q. 43. in fin. Trentacinq. d. vers. Si vero in fine, qui resolvunt hæredem non magis in mixta, quam in emphyteusim ex pacto & providentia simpliciter astringi. Ratio est, quoniam cum duplice jure defatur illa, sanguinis videlicet, & hæreditario, causa naturalis debet prevalere accidentaliter; l. qui habet 3. ff. de tutel. & dixi cum aliis sup. lib. 1. c. 3. n. 16. atque ita judicandum est, magis obvenire jure sanguinis, quam hæreditario, ut, confessio inventario, illibata servetur. Unde satisfit Moline fundamento, negando, quod emphyteusis mixta, vel feudum capiatur jure hæreditario absolute; nam eti requiratur, quod descendens hæres existat, tamen principaliter tanquam conjunctus percipit; & quæ nedum jure hæreditario solo, sed etiam alio potentiore obveniunt hæredi, per confessionem inventarii reservantur ab oneribus hæreditariis; cui mirè convenient verba hæc, quæ ex Paulo referri Papinian. in l. si filius 42. vers. Paulus notat. ff. de bon. libertor. Ei, qui alio jure venit, quam eo, quod amissit, non nocet id, quod perdidit, sed prodest id, quod habet. Licet enim filius audeundo hæreditatem nequeat se à creditoribus tueri, ne ex feudo solvere teneatur (quia jus hoc per additionem amisit tanquam hæres,) tamen bene se tueri valebit ut cognatus; & sic non nocebit illi jus, quod p. erdidit ut hæres; sed prodest id, quod habet ut descendens.

Ibi: Eadem rationem filius?

Adiens hæreditatem filius cum inventarii beneficio, non prohibetur revocare alienationem feudi non hæreditarii à patre, cui succedit, in sui praedictum factam; Trentacinq. d. tie. de feud. resolut. 3. n. 8. & n. 12. vers. Hac conclusio. cum seq. Pinell. in l. 1. part. 3. n. 81. 93. C. de bon. matern. Cald. q. 24. n. 21. Decis. 185. n. 14. Clar. sup. q. 42. n. 14. Iaf. conf. 56. col. 6. Valasc. q. 49. n. 4. Menoch. conf. 89. n. 107. Afflct. decisi. 112. n. 2. Zafi. in epitom. feudor. part. 9. de alienat. feud. n. 28. Quod pariter de emphyteusi intelligas.

Quid si feundum, vel emphyteusis mixta sit? idem cum Clar. ubi proximè, Trentacinq. n. 7. dicendum est. Quicquid tenuerit Molin. disp. 478. n. 12. Quod ex dictis sup. n. 82. comprobatur.

Notat circa hæc Molin. ubi proximè, n. 11. quod 83 filius hæres, licet conficiat inventarium, ne quicquid revocare feundum ex providentia alienatum per patrem, si tantum percipiat ex paternis bonis ultra legitimam, quantum feundum valeat. Unde si mille ex hæreditate capiat præter legitimam, & feundum milie & quingenta æstimetur, quod quingenta duntaxat agere contra possessorum permittitur, aliquoquin ejus legitima gravaretur.

Ibi: At in fendo hæreditario secus erit dispendum.

Filius hæres patris, etiam cum beneficio inventarii, prohibetur contravenire alienationi feundi, vel emphyteusis hæreditaria per illum factæ. Valasc. ubi proximè, Trentacinq. sup. nu. 7. vers. In hoc primo casu, cum seqq. & n. 12. vers. Hec conclusio. Cald. q. 24. n. 20. Clar. d. nu. 14. Tondut. nu. 13. Capriol.

prior. intrat. de success. ab intel. in proteor. à n. 72. gratian. d. c. p. cap. 511. n. 17. 18. & alii communiter, quoniam aliquibus contrarium placeat, ut videre licet apud Trentacinq. d. n. 7. & Clar. ubi proximè.

Ibi: Modo emphyteusis, etiam hereditaria.

78 Limitatur proxima conclusio, quando alienatio fit in eos, qui non possunt in feundum, vel emphyteusis succedere secundum eorum naturam, aut legem conventionis, & investitura; veluti si feundum simpliciter acceptum transferretur ad extra-neos, vel emphyteusis pro liberis accepta in illum, quoniam descendentes non sit, alienaretur, quoniam tunc filius etiam feundum hæreditarium alienatum per parentem, cuius successionem amplexus est, vindicabitur ita Valasc. sup. n. 5. Pinell. n. 96. Cald. n. 23. & alii communiter. Sed hæc communis limitatio displacet Molin. disp. 478. n. 9. eo quod filio hæredi non sit major præjudicium ex alienatione in prohibitos succedere, quam in comprehensos in investitura, cum utroque modo pariter caret emphyteusi, vel feudo, sed solum domino in hoc derrementum infertur, qui impediens, aut revocare poterit alienationem factam in eos, qui non sunt de numero comprehensorum; & cum istud jus Tertiæ sit, à filio allegari non permittitur, ut feundum sibi vindicetur, argument. l. loci corpus 4. §. competit: si servit. vendit. ubi notatur: Quæ sane ratio plurimum urget contra Communem.

Vers. Nonò, ab eadem radice procedit.

88 Feundum, & emphyteusis hæreditaria pro hæreditariis portionibus inter hæredes dividi debet, Molin. disp. 477. n. 1. Bald. in authent. si quas ruinas. C. de Sacrofam. Eccles. & in l. liberti 10. col. 6. C. de oper. libertor. Valasc. q. 43. nu. 5. Cald. quest. 24. nu. 13. Greg. Lop. in l. 28. glos. 5. c. 1. 2. vers. Sed quid si filii. tit. 8. part. 5. An representatione in feudo, vel emphyteusi, sit locus? docet D. Covar. practic. cap. 38. nu. 13. Salced. de presant. lib. 3. c. 17. 18. Sed si fuerit non hæreditaria, ex pacto & providentia, vel mixta, pro virilis inter successores distribuantur, Valasc. Molin. Cald. ubi proximè. Socin. Iun. conf. 72. nu. 31. lib. 1. Peregrin. de fideicomis. art. 36. n. 108. Merlin. de Legitim. lib. 1. tit. 2. quest. 19. nu. 9. Gregor. Lop. ubi proximè, eti quod mixta, aliud sentire videatur.

Vers. Decimò, ex hujus questionis resolutione.

89 Emphyteusis, & feundum alicui pro se, ac hæreditibus, & successoribus concessa, hæreditaria sunt, quoniam illi duntaxat hæredes admittantur, qui juxta naturam feudi, vel emphyteusis possunt succedere. Unde si fuerit feundum, aut emphyteusis Ecclesiastica, liberi tamen hæredes admittuntur, atque ita sunt hæreditaria mixta; Molin. disp. 472. n. 5. 6. & disp. 473. n. 8. Cald. quest. 23. nu. 23. 24. Quod si secularis fuerit emphyteusis cum omnibus hæredes saltem universales comprehensi in investitura censeantur, erit simpliciter hæreditaria, Cald. n. 23. Molin. disp. 472. n. 4. & disp. 473. n. 8. Nota vero quod dubitatur, utrum emphyteusis Ecclesiastica sub præmissa forma concessa, transeat ad hæredes extraneos propter geminationem verborum de quo Cald. quest. 23. à nu. 52. & affirmativam sententiam probat nu. 53. si post verba illa adjiciatur, In perpetuum. Sed à prædictis recedendum non est, quibus commune interpretum placitum suffragatur.

Ibi: Quia constat, institutum in re certa.

Cum ad succedendum in feundum hæreditarium, vel emphyteusim, necessario desideretur, quod qui vult admitti, se hæredem ultimi possessoris universalem addit, ad Covar. Tom. I.

Institutus in certa re, si sit ex numero comprehen-sorum in investitura, capit feundum, & emphyteusim non hæreditariam, Molin. disp. 477. nu. 3. Clar. d. 5. Emphyteusis, quæst. 38. Vazq. d. c. dub. 8. n. 64. Valasc. quest. 43. n. 9. vers. Verum ut ad jus. Et si concurrat cum hærede universali, etiam vocato, pro virili portione succedit, Clar. §. Feudum, question. 86.

Ibi: At si feundum hæreditarium sit.

Si feundum, & emphyteusis Ecclesiastica, vel se-cularis, fuerint hæreditaria, institutus in re certa, quoniam ex vocatorum numero sit, à successione repellitur, modò aliud hæres universalis existat: quod utique in hæreditariis mixtæ dicendum est, Greg. Lop. Molin. ubi proximè, Clar. d. quest. 38. Vazq. sup. Cald. quest. 24. nu. 6. ubi plures; Valasc. sup. Roland. conf. 23. nu. 46. 47. lib. 1. Peral. in rubric. ff. de hereditib. Inst. nu. 167. in fine, Vivian. in prax. jur. pat. lib. 4. cap. 2. n. 35. Quicquid in contrarium responderint aliqui, quos recenset Cald. n. 7.

Sed si filius in Legitima institutus, poterit emphyteusim, aut feundum hæreditarium capere, etiam dato cohærede universalis; Merlin. d. c. tit. 1. quest. 6. nu. 9. Menoch. de success. creat. §. 16. n. 3. nam legitima quoad commoda successionis est portio hæreditatis, ut ex multis assertit Merlin. d. tract. de legitim. lib. 1. tit. 1. q. ult. nu. 9. cum seqq. Menoch. de adspicend. remed. 4. nn. 159. 162. ubi responderet ad opinionem communem, que docet, eis parte bonorum, id verum eis quoad actiones passivas, & hæreditatis incommoda, Argel. de acq. posse. q. 17. art. 7. n. 11. 15. cum seqq. Quæ resolutio prior, & æquissima est, licet contrarium probat Cald. sup. n. 9. sequutus D. Covar. infra n. 9. ubi id de jure patronatus Ecclesiæ agens tener: quorum sententia posset procedere, cum filius in re certa pro Legitima fuisse institutus.

Ibi: Modo alius, qui habere eam posset.

Docet his verbis D. Covar. quod si si ius institutus foret in re certa, in feundum, vel emphyteusim hæreditarii succedit, quando cohæres universalis non posset illa capere, veluti si esset extraneus, & feundum ad liberos duntaxat hæredes pertineret, quod probat Valasc. ubi proximè. Sed resolutio hæc, scrupulo non caret; nam cum ad successionem feundi, vel emphyteusis hæreditariæ desideretur regulariter, quod existat quis hæres universalis, ut latè probat Cald. q. 24. à princip. institutus in re certa cum sit particularis successor, l. quoties 13. C. de hæred. inst. & statim dicetur, incapax est, ut ad ea admittatur; que inhabilitas tolli nequit, eo quod non sit hæres universalis, qui habilis sit, quoniam tunc res feudalis ad dominum directum devolvi debet, ut sit, quoties non extat, qui secundum naturam contractus, aut legem conventionis valeat succedere: non enim institutus in re certa excluditur, quia alius magis idoneus est, sed quoniam ipse non censetur vocatus, in quo qualitas deficit requisita. Ita sensisse suspicor DD. laudatos sup. n. 92. qui D. Covar. sequit quoad alia, limitationem istam omisere.

salem ostendat, ut nuper afferebarur? institutus in re certa ideo excluditur, quanquam alias ex comprehensis sit ut filius; quia successor universalis non est, sed legatarii loco habetur; d. l. *quoties*, Molin. & Valas. *ubi proxime*, & quod sic institutus pro legatario habendum est, afferunt Argel. d. q. 17. art. 2. nu. 12. Ant. Gom. *variar.* lib. 1. c. 2. n. 16. Cyriac. tom. 3. *controvers.* 489. n. 3. 4. Franc. Marc. q. 833. in princip. part. 1. Menoch. *de adipiscenda, remed.* 4. nu. 132. 136. Mantic. *de conjectur.* ultim. volunt. lib. 9. titul. 14. n. 10. Gregor. Lop. in 1. 14. glos. 2. tit. 3. part. 6. ubi sentire videtur, quod filius in re certa institutus, ad feudum hæreditarium admittatur; cui suffragarur sententia eorum, qui affirmant, filium in re certa institutum pro hærede haberi, ne tellarium corruat, ut tenuit Rota apud Farinac. dec. 377. part. 1. Menoch. *de presumptionib.* lib. 4. præf. 20. nu. 5. Roman. cons. 179. n. 10. glos. verb. eidem in cap. si pater, de testament. in 6. Sed nihilominus à communi sententia tradita sup. n. 91. recedere non oportet, quoniam filius in re certa institutus, hæres universalis non est, noménque duntaxat hæreditis quoad honorem ex institutione haberet, quod sufficit, ne possit adversus patris testamentum venire, licet supplementum legitimæ petere non prohibeatur, Merlin. *de Legitim.* lib. 5. tit. 2. q. 21. n. 1. cum seqq. 95. Est animadversum, quod licet institutus in re certa, actu sit singularis successor, habitu tamen est universalis hæres, etiam dato hærede universali; Argel. sup. art. 4. n. 33. Unde si is, qui universaliter est institutus in tota, vel in quota hæreditatis, hæreditatem omittat, vel adire, aut transmittere non valeat, tunc in re certa institutus rei mentione detracta, ex judicio, & voluntate testatoris in omne jus ejus succedit, l. 14. tit. 3. part. 6. l. 1. §. Si ex fundo, ff. de hered. instituend. Greg. Lop. in d. l. 14. glos. 2. in princip. Argel. sup. nu. 17. Cald. dīct. q. 24. nu. 10. Cyriac. tom. 2. *controvers.* 305. num. 1. cum seqq. Menoch. d. remed. 4. nu. 116. 117. Mantic. sup. n. 9. Quod adeo verum est, ut procedat, quanquam testator jubeat sic instituto in re certa, né plus petat, aut habeat, Bald. in l. *quoties*, §. Si duo, ante fin. ver. *Quæfio*, in qua habui consulere, greg. Lop. sup. glos. 3. Cyriac. n. 4. 5. Argel. d. q. 17. art. 6. ex nu. 20: Ex quibus infertur, ut quoties institutus in re certa efficiatur universalis hæres, feudum, vel emphyteusum hæreditariam capiat, Iaf. in l. fin. n. 7. C. de edit. Div. Adrian. tollend. Deci. ibi. 24. Molin. *disput.* 477. n. 3. Cald. sup. n. 11. Vivian. sup.

96. Idem juris erit, quando duo, vel plures instituuntur ex re certa, nemine universaliter instituto, quia tunc omnes sunt hæredes universales aequaliter, juxta d. l. 14. partita, l. *quoties* 9. §. Si duo, cum l. seq. ff. de heredib. instituend. Quæ omnia limitandas; si quis in re certa aliena instituatur, quia talis institutio non tenet, Merlin. sup. lib. 3. tit. 2. q. 23. num. 2. Menchac. *de succession. progres.* §. 30. n. 2.

Ad Num. 6.

97. Jus patronatus, quod in Ecclesia habetur, triplex agnoscitur, hæreditarium, gentilitium & familiare, & mixtum. *Primum.* in quoscumque hæredes, etiam extraneos, transit: *Secundum* eis, qui de familia fundatoris sunt, vel alia, cui illud reservatum est in acquisitione, etiam non hæreditibus defertur: *Tertium* ad eos pertinet, qui gentilitii simul sunt, & hæredes, de quibus late Lotter. *de re beneficiaria*, lib. 2. quæst. 11. m. 3. 19. 22. 41. 42. Vivian. *in præ. jur. patronat.* lib. 1. c. 3. à n. 27. & lib. 4. cap. 1. n. 71. vers. *Rursum de novo.* Ad dignoscendum autem an jus patronatus hæreditarium sit, necne maximè est inspicendum,

quid patroni in successione observaverint. Vivian. lib. 4. cap. 2. nu. 13. Nam ex observantia hæreditarium, familiare effici potest, Vivian. cap. 9. à n. 28. Præterea fundatori licet mutare qualitatem juris patronatus jam quæstii de consensu Episcopi in præjudicium vocatorum tacite vel expresse; Lotter. n. 4. Vivian. d. c. 2. à n. 19. Rot. decis. 665. n. 2. ad fin. vers. Ideo argument. part. 1. in recent.

Ibi: *Ius patronatus Ecclesiasticum ex sua natura.*

Jus patronatus prædictum sua natura hæreditarium est ita ut ad extraneos quoque hæredes cum universitate bonorum, nisi aliud sit expressum, transferatur; l. 8. tit. 15. part. 1. ubi Greg. Lop. glos. 4. Molin. *de primogen.* lib. 1. c. 24. n. 5. Pat. Vazq. in opuscul. træat. de redditib. c. 2. §. 2. dub. 19. n. 65. Valas. *de jur. emphyteutic.* q. 50. nu. 12. Marescot. *variar.* lib. 2. c. 55. nu. 8. Aug. Barbos. *de offic.* & potest. Episcop. part. 3. allegat. 71. nu. 2. 3. Paul. Fusch. sing. 114. lit. I. Vivian. sup. d. c. 2. n. 1. Ricci. in præ. for. Ecclesiast. decis. 211. n. 273. Lotter. d. quæst. II. nu. 19. Peregrin. *de fidicommiss.* artic. 6. nu. 37. Argel. *de acquir. posse.* quæst. 20. art. 4. n. 4. Menoch. cons. 504. nu. 45. Pat. Suar. *de Religion.* tom. 1. lib. 4. *de Simon.* c. 28. n. 15. Sanch. cons. moral. lib. 2. c. 3. dub. 93. n. 1. Quod intellige de hæreditate universalibus, Vivian. & Menoch. *ubi proxime*, Lotter. n. 28. tam masculis, quam feminis, Spin. *inspec. testament.* glos. 4. n. 47. ubi num. 48. Quod si masculi à feminis discordent in præsentatione, cateris paribus, præsentatus à masculis præponetur.

Hinc infertur, quod si dubitetur, an jus patronatus hæreditarium sit vel gentilitium? hæreditarium præsumitur, Vivian. nu. 4. Argel. sup. nu. 6. Lotter. nu. 20. cum seqq. Anchar. cons. 81. n. 4. Rota. d. decis. 675. nu. 1. & decis. 707. n. 8. part. 1. in recent. quoniam quilibet actus juxta propriam natum censetur celebratus, ut dixi sup. n. 2.

Imò si jus patronatus acquisitum sit pro liberis, sicuti familiare; omnibus de familia extintis, ad extraneos perveniet, nisi cum taxativa fuerit eis tantum reservatum, Anchar. nu. 4. Lotter. à n. 11. Seraphin. decis. 364. n. 2. Caßador. decis. 1. n. 3. de jur. patronat. Vivian. nu. 17. ubi magis verum, ac receptum dicit, Sanch. n. 13.

Ad Num. 7.

Ius patronatus, nisi fuerit simpliciter gentilitium; filius non capit, nisi patris hæreditatem amplexatur; Vivian. nu. 8. Lotter. nu. 46. Vazq. *ubi proxime*, Greg. Lop. dīct. glos. 4. Argel. nu. 53. Menoch. d. nu. 45. Sanch. nu. 3. Spin. *in specul. testament.* glos. 4. nu. 50. 56. Rota. decis. 53. nu. 3. part. 1. in recent. In quo Lotter. nu. 47. opinatur agens de jure patronatus mixto, quod sufficit, hæredem quem esse primi patroni, licet ultimi non sit, ut illud consequatur: de quo circa feudum, & emphyteusum dictum est, sup. n. 60. 61.

Vers. *Hinc evidenter apparet.*

Similiter præfatum jus patronatus, quod gentilitium non fuerit, filio in re certa instituto non acquiritur, modò exter alter hæres universalis, qui aeat, vel transmittat hæreditatem patris, secundum ea, quæ dicta sunt, sup. n. 92. cum seqq. Sic tenet Lotter. nu. 28. Berol. in rub. nu. 22. de jur. patronat. in *Decretal.* Vivian. nu. 9. 50. Vazq. ubi sup.

sup. Menoch. cons. 401. nu. 126. Sanch. sup. num. 6. Quod verum est, licet in majori parte bonorum filius instituatur, Lotter. & Berol. *ubi proxime*, nisi jus patronatus annexum sit rei, in qua filius fuerit institutus, tunc enim accessorie in hæredem singularem transiret, Menoch. cons. 401. nu. 123. ubi aliij; Sanch. sup. n. 7.

Ibi: *Qui in emphyteusi hæreditaria responderunt.*

De hoc sup. nu. 92.

Vers. *Tertiò, si proxime dicta.*

103. Ad hæc videas, quæ diximus sup. n. 4. 2. cum seqq. ubi de emphyteusi. In hac quæstione videtur rendendum cum Anch. quod jus patronatus filii reservatum, nulla hæreditate facta mentione, gentilitium est; ad quod acquirendum minimè desideratur, quod filius, vel descendens hæreditatem aeat, imò ea repudiata, admitti debet; Lotter. n. 44. cum seqq. Deci. cons. 149. nu. 1. Rota. decis. 251. num. 3. part. 1. in recent. Vivian. lib. 4. cap. 2. num. 38. Et quamvis simpliciter reservatum, foret hæreditarium, nec filii nisi hæredes admittuntur, Vivian. n. 4. tamen ubi expressum filii reservatur, familiare judicatur; expressum enim facit cessare testatum, l. ut. C. de patr. convent. Menoch. *de præsumpt.* lib. 3. præf. 6. nu. 41. Vivian. sup. cap. 9. num. 56. vers. Hoc stante, Cevall. commun. tom. 2. quæst. 828. nu. 1. 6. & provisio hominis provisionem legis, l. cum ex filio 39. §. Filio, ff. de vulgar. Cyriac. tom. 1. controv. 129. nu. 29. Cevall. sup. quæst. 780. nu. 220. Menoch. cons. 206. numero 67. Nec filiorum nomine hæredes: & huic sententiæ suffragantur plures laudati sup. nu. 42. Contrarium tamen sustinent cum D. Covar. Sanch. d. dub. 93. n. 9. Spin. sup. n. 52.

Ad Num. 8.

104. Huc spectant tradita sup. lib. 1. cap. 13. à nu. 10. Vendita hæreditate, jus patronatus, quod in ea fuerit, in emptorem transfertur; Molin. *de primogen.* lib. 1. cap. 24. nu. 25. Sanch. cons. moral. lib. 2. cap. 3. dub. 80. nu. 9. Spin. *in specul. testament.* glos. 4. ex n. 111. Berol. in cap. ex literis. n. 63. de jure patronat. Mantic. de tact. & ambig. conv. l. 4. tit. 12. à nu. 7. Paul. *de Citadinitate de jure patronat.* part. 9. quæst. 3. nu. 9. Cevall. commun. tom. 1. qu. 717. n. 3. Thom. Delbene. *de immunit. Ecclesiast.* tom. 2. cap. 17. dubit. 14. nu. 4. Bernard. Diaz. reg. 401. Marescot. varia. lib. 2. cap. 55. n. 9. Lotter. sup. lib. 2. quæst. 9. nu. 42. Paul. Fusc. sing. 215. tit. 1. Hermofill. in l. 15. glos. 4. à n. 2. tit. 5. part. 5. & ita tenendum est.

105. Quod cum Lotterio, & aliis intelligas, etiam nihil de jure patronatus Ecclesiastico dictum sit, quoniam tacite actum censetur, ut cum bonorum universitate ad emptorem transfertur: quoties enim quid distrahitur, omne id venditum videtur, quod ei adhæret, aut sub ipso continetur, nisi excipiatur, ut probavi sup. l. 1. c. 15. n. 5.

Ibi: *Ceterum Paulus Eleazarus.*

106. At adversus principalem proximam conclusiōnem, jus patronatus Ecclesiast., vendita hæreditate, in qua illud sit, ad emptorem pervenire non posse, sentiunt Costa in cap. si pater, part. 2. verb. Trebellianice, n. 7. de testam. in 6. Nicol. Garcia de benefic. part. 4. cap. 9. ex num. 13. Vivian. in præ. juris pa-

tron. lib. 4. cap. 1. num. 9. Pontific. *de Vitalinis.* in Clement. plures, §. ult. nu. 12. de jure patron. Gratiā. Falcon. reg. 341. n. 5. August. Barbos. *de offic.* & potest. Episcop. allegat. 71. nu. 8. Cened. ad Decretal. collectan. 5. nu. 2. quibus accedere videtur Pat. Suar. *de Religion.* tom. 1. l. 4. de Simon. cap. 28. nu. 19. Quæ sententia communiter ab omnibus limitatur, quando in eadem hæreditate villa, vel castrum extat, cui jus patronatus, annexum est, quoniam tunc proculdubio accessionis vi emptori queritur: Vivian. num. 10. 11. García n. 26. Barbos. *ubi proxime*, Sanch. nu. 10. Lambertin. *de jure patronat.* lib. 1. cap. 2. quæst. 5. art. 15. Sed absolute prior sententia veterior est.

Ibi: *Quibus & aliis ratio accedit.*

Est apud interpres controversum, ut testatur Lotter. d. lib. 2. quæst. 21. n. 29. num. jus patronatus Ecclesiasticum, hæreditate restituta, ad fideicommissarium universum spectet? Et pars negativa magis obtinuit, quam sustinet Peregrin. *de fideicommiss.* art. 6. nu. 37. Sanch. dīct. cap. 3. dub. 94. nu. 2. Garc. sup. cap. 9. à n. 17. Vivian. lib. 4. cap. 2. n. 6. Camil. Borrel. in summa. decision. tit. 32. n. 63. Barbos. sup. n. 9. Emman. Suan. in thesaur. recept. sent. verb. *Patronatus ius.* Baçça *de decim.* tutor. cap. 25. nu. 30. Costa sup. num. 4. Padilla in rubric. num. 23. C. de fidicommissi. Didac. Perez. in l. tit. 6. lib. 2. Ordinam. Fufar. *de Subsidiis.* q. 634. n. 2. Gregor. Lop. in l. 12. glos. 11. tit. 5. part. 6. Cevall. sup. nu. 3. Ratio est, quia præsumitur, voluisse testatorem jus istud apud hæredem permanere, quem honoravit (cum & ipsum honorificum sit) solum emolumento pecuniorum in fideicommissarium translato, qui & si universalis fuerit, hæres non censetur; quoniam locum ejus obtineat; Sanch. Gregor. Lop. & aliij. Quam sententiam ex dictis in calce numeri precedens limitabis, quod est absque controversia. Et aliter limita; ut infra, nu. 114.

Ibi: *Cum Romanus in d. l. si patroni.*

Sed patrem affirmativam, Communi receden- 108 tes cum Romano tuentur Molin. *de primogen.* d. cap. 24. à nu. 7. & ibi Addit. Lotter. sup. d. quæst. 11. n. 29. cum seqq. Guttier. *de tutel.* part. 3. cap. 29. nu. 15. & communem dicit Cevall. sup. n. 1. consentit Molin. *de just. tract.* 1. disp. 188. in fine. ubi eti si hanc opinionem veriore agnoscat, à Communi in præxi non esse recendum monet, donec alterius Molinae opinio recepta sit, qui, & Lotterius eam latè defendunt, & ad l. quib. 42. §. R. *stituta, ff. ad Trebellianum.* respondit.

Hæc quidem quæstio potius facti; quam juris 109 esse videtur, quia cum universitate bonorum jus patronatus transferri, non est prohibitum, ut Molin. dīct. cap. 24. & Lotter. probant. Dubium vero circa voluntatem testatoris versatur, an voluerit, honorem patronatus ad hæredem, vel fideicommissarium pertinere? In quo, qualitas personarum, aliaeque conjectura sunt attendendæ: quae nisi aliud suadent, communis sententia observanda est, ex d. l. quia prouinde, §. *Restituta, & ratione tradita sup. nu. 107.* cui Sanchi alii nituntur.

Vers. *His vero rationibus.*

Præter rationes adductas per D. Covar. sup. n. 8. 110 pro opinione Eleazar, quibus Idem in presenti satisficit; alia non contemnda consideratur; nam hæres vendendo hæreditatum vere eam non distrahit, H h 4. siquidem